

erit. Sibi, ut homo nascendo sumpsit; ut qui ex Patre principium vite, mortis exterminium nasceretur ex matre: & ut mortis sic ab animabus expulso, videtur Verbum caro, ex Virgine Deus & homo; quippequam mortem solus Deus sustinere non potuit, nec solus homo superare valeret. Ultra iam non erit mors, siquidem mare Christi adventu iam non est: tabernaculum Dei inter homines visitur: terra iam inhabitatur: igitur ut illud suscepit, claret fluctibus emersa, a lachrymis vindicata.

Senec.

Sollicita tanti pretia natales habent: Semperque magno stetit nasci Deum.

Cur Delos dicta Pyripile

10 En cœli in terras singulare beneficium: ergo videamus effectum. Pyripile dicta etiam Delos, ut vidimus ex Plinio, quia ignis primò ibi repertus. Nil mirum, quòd ignis sit, ubi natus, qui fulget in cœlis Sol: atque nexus inter Solis nativitatem, atque ignis utilem inventionem; quippe ubi inter homines Sol iustitiæ collocavit tabernaculum, ignem venit mittere in terram cordium. In igne præstant luminis fulgor, & entitatis ardor: & quæ pridem aquis insula summersa, iam pyripile, id est ignita; ut clareat terra quam nova: igitur corda humana fulgore illuminantur, ut Redemptorem cognoscant; & etiam inflammantur, ut dilectionem rependant. Si in terris Sol visus, non est, qui se abscondat à calore eius. De cœlo mittitur ignis, ut erudiat, & cor ardore flammecat. Quid ignis, qui ante ipsum præcedit, non calefaciet versus à cœlo dignatos, inflammans in circuitu etiam inimicos eius? igitur nemo ita durus sentiens huiusmodi flammam, qui non sollicitè restitui in pristinam amicitiam. Excusationem pridem habebat homo in frigiditatem obsequiorum, est illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum; quippe Sol minime natus, nec inter homines visus, cuius cœlesti flammâ actuarent fervida corda: modò in terris dum effusa & diffusa claritatis nativitas; necessarium, quòd etiam faxea corda igne procedant in flammam.

Coribus quomodo modo nascitur?

11 Altare Dei in sacrificium inge factum cor hominis vel ab ipsa formatione; igne etiam concessio gratiæ, ut cor amore perseveraret igitur in Auctoris holocaustum. Ergo animâ captivâ serpentis nocui suadela, ignis non evanuit, sed delituit: equidem in valle lachrymarum contorturatus, ita ut omnibus ignotus esset locus, quin inveniri posset, nisi Sol lucefceret. Cum autem præterissent anni multi, variatâ conditione, non inventa ignis notitia, sed aqua &

crassa. Si ex aqua lachrymæ, apud effectus exprimuntur primæ culpæ: quandoquidem deficiente igne, ex cumulo cunctarum felicitatum, cunctantur naturam premens redixit in gemitum. Præterierunt anni multi. Quorsum tot anni? Non pendebat remedium à tempore, sed à Sole: ad cuius quidem adventum aqua opportuna, ut eius clarificat gloria: quandoquidem in cordibus suaviter nascitur, si lachrymis prævenitur. Utque hoc factum est, & tempus affuit, quo Sol refulsit, qui prius erat in nubilo; accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. Hocine factum miraculum coram Hebrais in signum vindicare libertatis: omnia in figura contingebant illis. Prius Sol iustitiæ erat in nubilo, quippe latebat in cœlo: & aqua non exstinguitur, quousque Sol oriens videatur; ut consisteret ex quibus pœnis hominem liberavit, dum è nube virginea reflagens in lucem prodijt: siquidem nil nasceretur, ut mitteret ignem cordibus, universâ adhuc naturæ perseverarent ploratus.

2. Mach. 1. 22.

Illud ut ortus, hominibus evanuit stetit.

12 Ulterius. Gembat homo pro igne per totam captivitatem latente; quippe est cordis lachrymarum sacrificium non ingratum; sine amore non acceptum: unde cum restituito ignis signum esset libertatis; respiciebat icatim in ortum Solis: equidem vera in sacrificium futura cordis libertas, modò Solis latitantis conspiceretur nativitas. Ex ortu Solis Pyripile vocanda, quæ Delos: id est, illuminata, quæ obruta fluctibus: equidem cum ibi primò repertus ignis, in lucem, fulgorem hominis; ut fieret plorantis desuper illuminatio, expectabat, quando & ubi Sol refulgeret è cœlo. Ignis Solis profectò futurus in incendium telluris: etenim in hoc nascens de cœlo descendit, ut cuncta ignivomus inflammaret. Locus nativitatis origo micabat ignis: quare cum corda arsiura in redamationem, dum homines Solis viderent nativitatem; illud ut patuit fulgurantis Solis ortus, in cordibus preparatis accensus est ignis magnus. Deinde. Cum consumptum esset sacrificium; ex residua aqua Nebemias insit lapides maiores perfundi: quod ut factum est, ex eis flamma accensa est. Elucet per miraculum, magno scate nati Deum: equidem quare non homines sentient, si duri lapides ardent? Saxa indicant duritiam peccatorum: saxa maiora ampliorem persistentiam ex cauterio iniquitatum; & ita virtus Solis nascentis, & fervor ignis; ut concipiant grave incendium, vel habentes cor lapideum. Quæ non frangat immortalis, subditus morti? Incomprehensibilis, comprehensus in carne? Quis non ardet, dum

Urit etiam saxea corda.

Coataneos capillos

Callimach.

Virgines, ac iuvenes primam lanuginem. Ait in Hymn. Deli Callimachus, vers. 297. Si per capillitium cogitatio designatur, non aliter ortus veri Solis celebretur: igitur ritè & optimè Dei summi in terris celebratur natalis, si cunctæ illi dedicantur hominum cogitationes. Tam ergo nobis nulla cogitatio terrena. Hinc Ierusalem cœlestis tota describitur anrea.

Platea & mari eius Ex auro purissimo.

Ipsa civitas aurum mundum: equidem post Verbi in terras descensum, & ab hominibus in carne mortali visum; nihil à corde cogitandum nisi pretiosum. Sic terrena habitatio erit cœlestis civitas, ex quo qui cœlos fecit, venit in terras: præstitit hominibus Deus homo, quod de Delo ob Apollinis ortum excogitavit fictio. Ita ubi dudum Callimach. vers. 260.

Apoc. 21. 18.

Delos tota aurea.

Ipsamet ego sum illa tam inculta terra, Sed à me Deliis Apollo nominabitur. Aurea tunc omnia fundamenta sunt. Aurea curva toto die flumina: Auream producit stirpem ramus olivæ: Auro exuberat profundus: Aureo è solo sustulisti puerum, Inque gremium reposuisti.

Callimach.

DIDASCALIA III.

Intellectus lachrymæ summæ pretiosæ.

1 G Ravis videbitur cogitationis anfractus, quo lachrymans exponitur intellectus. Intellectus igitur solum poterit cognoscere, non plorare. Unde ergo lachrymæ? Ex vigili, perpiscatione. Suntque oculis tenebra per tantum lumen oborta:

Ovid.

Inde fluunt lachrymæ. Ulcere lethali laborabat Ezechias, quo tendebat & celeriter in mortem; & ita prædictum illi per Evangelium Vatem. Percussus est & gravitate ulceris, & notitiâ mortis: unde commoto corde, cepit largè lachrymari. Flevit itaque fletu magno. Antequam Isaias è palatio egrederetur, illum Dominus alloquitur: Revertere & dic Ezechia: Vidi lachrymam tuam, & ecce sano te. Quam pius Dominus & misericors! Quantunvis in penam irriteretur delictis, in pietatem statim movetur lachrymis. Lachrymæ.

4. Reg. 20. 5.

Vers. 5.

dum hæc videt? Deus homo! Verbum carol Sol in terris! A Domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris, ut liquefiant corda cœlesti illiusmodi flammâ: igitur resisteret non valet ulla pertinacia cordis, dum flammescunt ex igne etiam durissimi lapides.

13 Denique: Cum consumptum esset sacrificium, asperguntur lapides & exardescunt. Quare ergo non ante consumptum sacrificium? Ut Deo dicati discant, quomodo ardeant. Corda debent præparari concipiendo Solis ignem, ut suscipere possint venientem Solem; si quippe quibus ibi erit lux, ubi dedicatum cor. Per lapides signantur sæculares vel peccatores; & etiam corripiuntur igne maiores lapides; ut ex flammâ in lapidibus concepta non frigescat cordis flammâ: quippequam erit propudium, quòd ad Solis cœlestis felicem ortum corda religiosa langueant, quum sæcularium ignescant. Si hoc est in viridi, quid erit in arido? Præsentius flagrant ligna, quam saxa: & claret in sacrificio flamma frigida, si tepescunt pectora Religiosorum, quo ignem concipiunt faxea corda sæcularium. Ardent primò ligna, ut ardeant saxa: igitur si flamma friget, nullo modo nix ardebit. Non surgant Ninivite in iudicium: siquidem erit autherum; si sæculares in aqua inveniunt ignis ardorem; & Monachi ex flammâ ignis concipiunt frigiditatem, conversis lapidibus in conditionem ignis, ubi corda inflammario ne obdurescant tanquam lapides. Satius sanè sacrificium in altari ex lapidibus impolitè ac duris, quam ex lateribus coctis. Illud ut vidimus, & etiam Exod. 20. 25, permittitur: de hoc Deus per Vatem Evangelicum queritur: igitur commota bilis ab his, qui sacrificant super lateres. Huiusmodi fabrica aliquid olet Gentilicium, ut hic observat Hieronymus. Aliena hic & impia sacrificia notantur, subdit num. 6. Docet. Sanctius. Altare cor est, quod placet ex silice, atque displicet ex latere: equidem lapides urente flammâ tandem tandem conversione consumuntur, lateres magis ac magis igne concepto obdurescunt. Quid mirum, si displicent sacrificia, queis corda ige ostenduntur frigidiora? Pudeat lapides scindi, atque lateres rigescere: igitur de cœlo venit, qui in terram ignem præmittit; ut frigentes concipientes flammam ardeant, & ardentes magis ac magis flammescant.

Ibi orientis lux, ubi dedicatù cor.

Abominabilia corda religiofa cum baccine flammâ frigida.

In quibus cordibus nascentis flammæ?

Isti. 65. 3.

Sanct.

Illuminat quomodo omnem hominem?

14 Iam ergo conditio humana adinstar Deli, Solis nativitate è fluctibus emersa, atque luce illuminata. In insula moris fuit propter Apollinis ortum, à pueris & puellis facrari capillum.

Isai. 38. 5. *chrymam tuam*: apud Isaiam *lachrymas*. Una & plures? In qua non propendebit plaribus prodiga divina clementia, quam movet lachryma, & una? Uniatque meminit, dum Regis salutem consulit; quia ut consuleret plorantis salutem, quasi superfluent lachryma. *Lachrymam tuam*. Magna ex vulnere plaga, sed praestantior ex oculis medicina: igitur ulceri collata salus, simulac ploravit oculus.

Ovid. *Lachrymas in vulnera fudit*
Mater Polixena pro filia mortua, ut ait Ovidius 13. *Metamorph.* fab. 2. Propter vulnera inflicta funduntur lachrymae, verum in vulnera? Utrique, pro medicamine: equidem si anima faucia, vel etiam mortua; nullum praesentis vulnere cordis auxilium, quam balsamum lachrymarum: quippe quam miram virtute, potentia caelesti, ab ipsa morte prostrata potest revocare in vitam. *Vidi lachrymam tuam, & ecce sanavi te. Ecce.* Nulla distantia inter lachrymam effusam, atque salutem collatam. Pharmacum & feru in corpus, fletus in animam vulnus: diciturque faucio lethaliter *Ecce*, ubi illius apparent lachrymae; quippe iam collata salus, ut cepit fletus. In mortem properabat ulcere insanabili, & ploravit; ut *eger* animam medicamina sollicitet: quandoquidem citius quam corpus, sanatur animus; & fletus gutta, dolore pressa, sanat vulnera lethalia. Dolor excitat planctum, & planctus excitatus est in doloris remedium. Dolor vulnere pro lachrymis, lachrymae in propulsione doloris: quid mirum quod sine ullo dolore valeat animus, si lachrymis fufis nullum in anima vulnus? Ecce fanitas, ubi lachrymarum potestas: igitur nobile undecunque medicamen, praevaleas etiam in mortem.

Et reptum. *2 Flevit ergo Ezechias, & flevit in amaritudine animae.* Quomodo animae in fletu subsedit amaritudo, dicemus *Didasc.* 6. a num. 3. nunc explorabitur, quo modo anima lachrymetur. *Anima fientes*, ait Virgil. 6. *Aeneid.* vers. 427. Quid, & quomodo? Tres fontes in fletum manant ab anima, intellectus, voluntas & memoria. Oculi instrumenta tantum fletus, sive in doloris demonstrationem meatus: scaturigo aliunde, nimirum a centro animae, ut conteste ex peccato dolor quam alit fedeat; equidem non tantum oculus, sed etiam anima plorat. Peccatum, caecitas serpsit intellectui, dolus voluntati, blandimen memoriae. Trifolco fulmine percussa est anima, atque ex vulnere facta demonis serva; verum cum lachrymis infit antidotum vulnere, atque peccatum liberatis; anima ad lachrymas tres

invitat rationales potentias, collato auxilio, & simul posita voto: equidem ibi salus, unde vulnus: & optata libertas, unde contracta captivitas. Alij, plorant, quia cognoscunt: alij quia diligunt, atque alij, quia recordantur. Claruit Magdalenae planctus, cuius lachrymas excitavit intellectus. *Ut cognovit, lachrymis cepit.* Cepit Ioseph lachrymari, & elicitus fletus a dilectione: flagrabat lachrymis anima, quia commota fuerant viscera. Flevit Petrus, & a memoria inundatus est oculus, percussio & intime corde, quia illic ut recordatus, flevit amare. Hi sunt fontes animae peccati vulnere; & quaerit anxia fontes peccati, ut sibi sint in lachrymarum auxilium: igitur quae Deum offendit, & summum bonum amisit, ut restituatur gratia, solidetur amicitia, oportet lachrymari tota potentia. Potentiae rationales praeter operationes circa obiecta specificativa extrinseca, habent etiam materiam circa quam, ut dicunt Philosophi. Intellectus Pulchritudinem & deformitatem: voluntas bonum & malum: memoria gaudium & tristitiam: potentiaeque ab anima excitantur in fletum, dum deploratur peccatum; ut in felicitatem triplici telo sanetur, a quibus vulnerabatur.

Una manus vobis vulnus, operamque feret. Discite sanari, & mirifice; equidem dolor exterminatur dolore. Fulget poenitentia ingenio, quo vulnus sanatur vulnere auxilio. Modò dicendum de lachrymis ab intellectione obortis, sequi. *Didasc.* de alijs potentijs. Pretium fletus summè floret, finis pretiositate constituit. Videndum, quanti anima planctum intellectus ducit; igitur

Finis ab origine pendet.
3 Lachrymarum profectò intellectus, quippe per illum incaute impactum animae vulnus, de quo dolet, ac dolore poenitet. Eculi loco intellectus immittitur, quo anima dire torquetur. Qui addit scientiam addit & dolorem: qui amplioremanciscitur intellectionem, maius sustinet cruciamen: ploratque intellectus deceptus, ubi deaurata fraude pravaluit dolus; igitur pudet invenisse turpem deformitatem, cogitantem in amplexu praestantiorum pulchritudinem. Tantummodò noctis tenebris, quibat oculis placere deformitas lippitudinis: factoque mane, ortaque luce, intellectione fraude, iure queritur Iacob; quippe Lia introducta in amplexu pro Rachel. Ratio subest. Obiectum intellectus est veritas: placet summè veritatis speciositas: culpa immutavit faciem, ne intellectus intelligeret crimen. Colore venusto, imagine occulta veritatis velo,

in-

in-

in-

in-

in-

Luc. 7. 37.

Gen. 43. 30

Luc. 26. 42

Materia circa quam potentiarum rationum.

Ovid;

Manili

Gen. 29. 25

Vulnus in intellectu unde, ex quo lachrymae?

Luc. 7. 37.

Gen. 43. 30

Luc. 26. 42

Iuvenal.

Psal. 37. 19.

Genebr.

Acrobis intellectui poena intellectionis fallacia.

Verf. 18.

Et erroris notitia.

intercepta technis ratio: factoque mane percussio peccato dolet, eò quod mendacium in imagine pertransit. Gravi corde diligitur vanitas, & expellitur veritas: verum dom non intelligitur quod intelligitur (quoniam falsitas colore veritatis deauratur) intime pungit vigilem intellectum, quod specie veritatis ingrederetur mendacium. Plorat fraudem, ut delet crimen, quippe amplioremanequit habere dolorem; quam cognoscere foedum, quod cogitavit ut pulchrum.

4 Satagit David pro satisfactione gravissimi admisi criminis, & a poenitentia docetur de momento doloris: quandoquidem Deus offensus, qui peccata punit, cor contritum & humiliatum non despicit.

Est ratio ulterior.

Equidem in dolore intensior quaeritur dolor. Amplior quiesse purgatio? Sanè: *Cogitabo pro peccato meo.* Quid cogitandum? Cogitate. Num evacuatio delicti? Et ampla: equidem si dolore purgatur, nullus intensior praecogitatione dolor. *Cogitando delebo*, subdit Genebrardus hic. Peccatum dolore obliteratur ex poenitudine: maius peccatum maiori dolore: si peccati, ut cogito, magnitudo; pro peccato cogitabo: igitur si acrius ex cogitatione cruciamen, apponam cogitationem. Peccatum specie lenocini, imbuti felle, larva pulchritudinis, quae tantum larva, figura veritatis sine forma, nube illuminata sine luce, obtenebravit Solem intelligentiae, ut pelliceretur in ratam a cogitatione venustatem, vigili intellectui ex adverso deformem: tantumque cogitat pro delicto, in quod dolorem exigit Dei offensu satisfactio; igitur nullum altius tormentum pro crimine, quam cognitio circumventionis fallaciae. *Cogitando delebo*: equidem cum ex cogitatione cognoscatur malae mentis gaudium, falsoque gaudio tormentum, pro veritate falsitas, pro venustate deformitas; cogitat satis fuisse, dum cogitat in obiectis sic non esse: sublituitque errorem cognitionis pro satisfactione criminis; quippe nullus intellectui maior dolor, quam cognitus error. Dicit Textus. *Ego in flagella paratus sum.* Exiguum totum, quantum distat vulnus animi a corporis vulnere. Quid flagella, si intensiorem dolorem exigit culpa? Cogitabo pro peccato, & cogitando delebo: etenim si ex cogitatione poena, & fraus intellectionis a culpa; pro satisfactione nulla dirior flagellatio, quam a crimine doloso intellectus circumscriptio. Ex cogitatione criminum oriuntur lachrymae in oculis poenitentium, flagellaque arripiuntur, ut audaciae corripiantur: signa sanè poenitudi-

nis, verum non aequa satisfactione doloris. Cogitabo pro peccato, ut ploret etiam cognitio: quandoquidem sine pretiosis intellectus lachrymis, perexiguus dolor cordis, diris expressus flagellis.

5 Ulterius in flagella paratus, & Ibid.

(pro sed) dolor meus in conspectu meo semper. Ubi summa flagitia, levia flagella. Diluenda summo dolore, pro pessundata infinita maiestate: exponiturque dolorem gravissimum intellectus, praecuius dolore dolorem non sentit in flagella paratus. Ostendit dolorem ex poena gravi: quippe dolor omni tempore. Poena animam semper amaritudine urget, & culpa torquet? Utrique, Clarè discrimen cruciaminis ex dolore corporis, & flagellatione mentis: equidem si flagella excitant fletum, dolores cum flagellis finiuntur: verum si intellectus cogitando deplorat, dolor cum fletu semper in conspectu perseverat. Plorant aliqui poenitentium propter flagella, & sunt fructus poenitentiae David flagello peccati, fructus poenitentiae dignae: & in flagella paratus, exponit tantum dolorem ex cogitatione intellectus; ut poenitentia sit digna, culpa ante oculos exposita: equidem digna poenitentiae satisfactio, qua poenitens de delicto, & non dolet de flagello. Semper enim dolor instat: intellectus sanè plorat. Incessanter cor pungit amaritudo, quoniam intellectui semper de peccato cogitatio. Exiguus de crimine angor, ni ante oculos semper dolor; & dolor nonnunquam est in conspectu, dum cogitat pro peccato; equidem si digna poenitentia, ubi nil ultra; qui semper dolet, peccati sanequam dolet, in quantum dolore valet. *Dolor in conspectu.* Id est, ex conspectu cognoscatur dolor. Necdum invencunda improborum pervicacia debet rubori haecine levia respicientia signa: etenim confusio convertitur in leporem, quae operire debet faciem. Tristitia vultus signat vulnus intellectus ex illusa intellectione: unde Sartyicus, 2. v. 74.

In quorum facie mistere, magneque sedebat

Pallor amicitiae.

Pallor ex amicitia, quippe misera timenda. Pallorem obijcit intellectus cogitatio, quoniam amicitia, quae debebat esse averfo: & in conspectu dolorem poenitens ponit, qui mentem vulnere pungit; quippequam ubi ab intellectu vulnus, angustus praec dolore totus animus.

6 Intendenti Heliodoro perficere propositum Regis de spoliando Dei templo, & exhauriendo arario, titulo regni necessitatis, & reverè avaritiae rapinis, quasi melius

Et pro Sed.

Semper per.

Quae poenitentia instiguit

Iuvenal.

lius

Rapina ne-
cessitatis lar-
va.

2. Machab.
3. 15.

Ibid.

Anime quā-
tum vulnus
ab intellectu
vulnerat.

Sil. Ital.

Virgil.

Lachryma
ex intellectu
cuius non
distinguitur

lius collocata bona luxu & fastui secularium, quam cultui, & maiestati templorum; de caelo in equite venit fulmen, quod comprimeret audacem, quin grassatorem liberaret a flagris, quod iustus exequeretur praescriptum regis. Nihil tutum ab avaro, maxime potentia fulto: equidem minister decreta audacter perficeret, ni caelum, & miraculis obesser. Ut scivit Onias de dato a rege iudicio, & quod nulla immunitas esset in immuni sacro loco; cordolium pertransiit usque in mentem: *Facies enim & color immutatus declarabat internum animi dolorem.* Non dissimulat saltem prostantibus ictum, ne civium magis vultu consterneret animum? Nullo modo. Quod lingua prudenter tacuit, pallore facies expressit. Non invenit extensio amaritudinis in pectore ambitum, atque indicem totum proiecit ad vultum. Tanta passus! Ita oppressus? Minime ut unquam percutitur; sed mente vulneratur. En vigilem animi indicem in doloris expressionem: etenim cum nullam penetrantius vulnus, quam vulnus icti intellectus; in facie tota poena doloris scripta, quoniam minime capiebat in penetralibus anima. Extensione dicit intensionem vulneris, & cruciamina doloris: equidem nullus gravior vel in gravissima poena, quam a mente vulnerata. Quanto dolore anima opprimetur, si intellectus lachrymatur! Quid mirum, si defluit perpetuo in fletu, intellectu vulnerato? Patet specimen, color sine colore versus in faciem: equidem figitur in mente valido ictu, quando dolor internus est in conspectu.

7 Dolor in conspectu, & semper. Id est, peccatum ex quo dolor cordis, semper emicat in lachrymis.

— *Parvaque oculos iam luce natantes Irrorat lachrymis.*
Ut accinit Sil. Ital. 2. de Bell. Punio, v. 122: & Virgil. 4. Georg. v. 496.

— *Natantia lumina.*
Igitur quoties ex dolore peccati vulneratur intellectus, fletus animae continuus. In alijs penitentibus lachrymae producebantur a dolore: David in amplitudinem doloris, ac diras poenas, producebat lachrymas. Caeteri, quia afflicti, plorant: hic sane plorat, ut magis dolor affigat. Plorant, ut per fletum dolor pungens mitigetur, hic vero, ut fletu dolor augetur. Plorant semel quae flevissent: oculi David semper plorant quod plorantur: tanta afflictio? Tanta, dum cogitat pro peccato. Criminis urgetur ponderi: vulnerabatur mente: & ubi lachrymae oriuntur ab intellectu, metamorphosi mira-

bili & artificio, in centrum lachryma studiose reducit, ut peccatum ploratum continuo ploret.

8 Merito plauduntur Magdalene lachrymae, quasi insignia heroicae penitentiae: etenim rumpentes claustra oculorum, verum diluente maculas criminum, appaerunt aqua dulcissima in pedibus Salvatoris, quae amarissima prorsum in mari pectoris. *Lachrymis cepit rigare pedes eius.* Si dolor magnus exponitur, ubi magis fletus in precordijs continetur, iuxta illud afflictae notatum ab Ovid. *Epist. 10. v. 43.*

— *Tunc denique flevis,*
Torperant molles ante dolore gena.
Cur non comprimit lachrymas, ut cordi percussis ostendatur acerbitas? Altiora flendo cogitat, ut magis fleat. Lachrymis rigavit caelestis Archiatri pedes, verum deterfit capillis. Quid ut lachryma aeterna? *In capite resuebat unda,* inquit Chrysologus *Serm. 93.* A corde lachrymarum liquor, quem exprimit dolor; a corde ascendit in cerebrum, pervenit ad oculum, descendit per sinum: & capillis uti a spongia recipitur, ut iterum quod iam ploratum, ploretur: equidem minime continuus lachrymis exprimitur dolor; si cessat, vel intersecatur fluore. Idem Ovid. *Epist. 8. v. 62.*

Perquisitus lachrymae fluminis instar cunct.
Has semper solas habeo, semper per profundo
Humens inculca fonte perenne gena.
Ni lachrymae instar fluminis, deficeret lachrymae ab undis oculis; quippe fontes sicarentur lachrymarum, ni fluere aqua ex compressione dolorum: lachrymaeque effusas abstergit studio Magdalena capillis, ut lachrymae sint perennes: equidem cum flumina in mare defluant, & a mari veniant, ut iterum fluant; denuo caput lachrymas suscipit effusas, ut dolor daret tanquam flumina aquas. Si dolor levis, cessant lachrymae: unde ab eodem Poeta vocantur Caduceae.

Caducas concepit lachrymas.
Succinit 6. *Metamorph.* fab. 5, sicut 1. de *Ponto*, *Eleg. 2. v. 29.* ubi cor oppletum amaritudine.

Fine carent lachrymae.
Capillisque Magdalenes dolor fugit, quas praeter dolore lachrymas patefecit: quippe non exprimeret, praeter cogitabat, dolorem, si fletus haberet finem.

9 Caetero. Non fletu, sed fletus perennitate, dolor peccati demonstratur in mente. Unde ex cerebro ad oculos vadunt Magdalena lachrymae: ex oculis ad pedes Christi, hinc in capillum, & ex capillis in cerebrum,

Luc. 7. 38.

Ovid.

Chrysologa

Ingeniosa
lachrymae
Magdalena

Ovid.

Idem.

Ovid.

Cur feliciter?

Cur perenniter?

re-

Eurip.

Et lachry-
mae ex la-
chrymis.

Thren. 1. 2.

Isa. 11. 35
& Luc. 23.
62.

Cap. 7. 37.

Ovid.

Cur feliciter?

refluxa iterum in caput aqua, ne abirent in sicco flumina: equidem haud satisfacere videbatur in dolore criminum, ni oculi fierent tanquam flumen lachrymarum. Tanquam flumen, in doloris indicem: equidem si e mari exit, ac in mare profluit; flumen constituit in lachrymis, ex mari magno amaritudinis cordis.

Qualis planctus, quales luctus!
Lachrymae stillant ex lachrymis.

Inquit Euripides in *Troadib.* v. 600. Non lachryma ab oculis, sed a lachrymis. Si ab oculis, cum lachrymis discontinuaretur poena: a lachrymis, in caput resuebat unda, ne deficeret fluore, quando persistebat dolor: & ex undis lachrymarum manant undae, ac ex inundatione lachrymarum plures lachrymae; ut fletus continuo fluxu, semper viveret in fletu. Si lachrymae ab oculis, semel fletet. A lachrymis autem, semper ploraret. *Ierusalem plorans ploravit in nocte*: nocte & die lachrymatur Magdalene, sollicita de continuatione lachrymarum, ut indice amaritudinum: igitur praeter dolore ne deficeret lachryma, lachrymarum in caput resuebat unda.

10 Unde ergo, inquires, huiusmodi singularitas in lachrymis Magdalenes? Plorat Christus in morte Lazari: *Lachrymans est Iesus.* Plorat Petrus morte criminis: *Flevisse amat.* Quare igitur non dicitur perennitas in hisce pretiosissimis lachrymis? Originis fletus erat ab alijs potentij. Fletus Christi a voluntate: *Ecce quomodo amabat eum.* Petri lachryma a memoria: *Recordatus est Petrus.* Magdalena autem lachryma a cognitione: *Ut cognovit lachrymis cepit.* Unde cum lachrymae voluntatis & memoria manent ab oculis, & lachrymae intellectio nis a lachrymis, ne sit lachrymarum finis; in caput refluxit unda, lachrymante Magdalena: equidem astruitur continuo planctu, fluxum lachrymae refluxu provenire ab intellectu.

Ille me lachrymae facient sine fine beatam.
Illa: non alia? Quanta pretiositas, ubi latet vel in lachrymis felicitas! Ex quo contemplatur lachrymantem Magdalenam, cognoscimus sine fine beatam: igitur si beatitudo lachrymarum & plausus, ubi sine fine fletus; unda in caput refluxit, dum cognitione ploravit: lachrymae sane manantes a cognitione, ut sine fine glorificent, sine carent.

11 *Ut cognovit, lachrymis cepit.* Utinam imitanda lachryma ex lachrymis, dum signa peccatores imitantur criminis! Crimina asciscunt dolorem in po-

nas, qui non magnus, ni cor erumpat in lachrymas. Quam oblitus nostri, ubi nescitur fletus cum cognitione peccati! Si crimen in vulnus cordis misit telum, insensibile pectus, quo non dolet cor percussum, graviore in mortem infirmitate, quippe non cognoscit mori. Ergo cognoscat, ut fleat, & sine lachryma careat: equidem si ex cognitione criminis fletus; ut semper ploretur, in caput redibit fluxus. *Quis dabit capiti*

meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo? Caput signat & oculos in fletus. Quorsum in capite aquarum copia, & in oculis lachrymae? Ut ritit vulnus animae ploretur, dum iniquitas cognoscitur: igitur cum delictum cognitum perennitatem exigat lachrymarum, unitor aqua capitis (fletus originis) cum scaturigine fontium salientium ex oculis, ut fluxus lachrymarum continuetur uti flumen, reprensus fluxus originem: equidem fecaretur & ficaretur aridum aquae principium, ni lachrymae ex oculis reverterentur in caput. Si semper in oculis lachryma, semper fluent lachrymarum flumina. Studium cognoscentis claret perpetuitate plorantis: socianturque meditantur fletus principium, & in continuationem etiam exitus aquarum; quandoquidem in planctum fusa deficeret aqua, ni in caput resueret unda. *Fontem lachrymarum.* Vox perpropria in indicem cognitionis, & fletus perpetuitatis: fons non erit, qui non manat: a capite undam accipit, qui plorati aquaque & abundanter ex cognitione fluat ab oculis & capite: quia non fons lachrymarum, si nullum haberet exitum, vel ficaretur principium. *Fontem lachrymarum, & plorabo.* Si aliter sit, dicat quomodo: ergo quorsum ly *Plorabo?* Modus astruit in lectu, an manet vel non manet ab intellectu. Intellectus sane erit, si fletus adinstat fontis, aqua ad principium recurrit. Ita fonte semper aqua, ut fons exillat: si abest continuatio, non claret, quod intellectus deplorat: & in ploratum exclamando petit lachrymas, ut constet adaequate ut cognitast fletu culpas: igitur plorans minime lachrymatur, ut congruit; ni adinstat fontis lachrymatum haberit. Plorat qui plorat inveniens in peccato feditatem: sed plene non cognoscit, ni fletum, ut acris fleat, reduxerit in originem, ut ex vi dolorum & vulnere intellectio nis pungentium; convertatur in fontem lachrymarum: siquidem nequaquam intellectiva potentia, atque faccultatis, ni lachrymae quibus plorat, plorantur adinstat fontis.

12 Potum meum cum fletu miscerant:
Bbbk in-

Terem. 9. 13

Ex peccato
cognito pe-
rennis fit la-
chrymans

inquit David, memor iniquitatis. O lachryma insignes! Igitur fletus quem bibebat, erat potus quem plorabat. Alibi ait: *Lachryma mea panis die ac nocte*. De nocte & die alio loco. Modò inquirendum, quare fletus in escam & in potum? Felix utique post poenitentiam anima floret, si lachrymis tantum vivit. Ignorant peccatores, de malefactis gloriantes isthunc potum & scam, in faucibus animæ vitam: sociatque poenitens pro medicamine cordis, quoniam sicut vitæ corporis conservatur potus & cibi subsidij, pariformiter animæ vita subsistit effusis lachrymis. *Potum cum fletu*, ut dignum desideratur, in solamen animæ, ac communionem lætitiæ, ingrante multitudine sceleris, fletu natantibus oculis: etenim qui fletum ministrat potum, ministrat in lachrymis refrigerium. *Potum cum fletu*. Ne propter lachrymas effusæ siccaretur cerebrum, sufficiebat arte potum. *Non intermittebam luctum*, inquit Genebrardus: equidem non intellectus, quandiu plandus intermissus: lachrymæque mirificè distribuuntur in potum, ut perseverarent oculi tanquam fontes lachrymarum. Ergo iniquitas ploranda, sed lachrymis in mensura. Cur igitur tantum diu, quam noctu ploratur, neque lachryma intermititur, imò bibit in fletu? Dicit illic: *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco*. A cognitione sceleris proveniunt lachrymæ: & cum principium originis astruatur ex fletus continuatione; actutum ut in oculis habuerunt exitum, potæ lachrymæ à plorante reverte sunt in principium. Peccatum aliquando ploratur, exhauriturque fletus, quia non cognoscitur: quandoquidem si vulnus, ut est, vulnerati cognoscerent: præ dolore ac poenitudine nunquam à fletu cessarent.

13. Peccaverunt, uti solebant, protervi Israëlita, durâ cervice, atque corde calcitrone. Fleverunt, sed presit poena, pro qua duntaxat corda liquefacta in fletum; igitur illa indulta revertentur ad vomitum. Egrediebantur aqua largissimæ præ supplicij acerbitate, instar fluminum planctus, sed vile peccus, quippe condonata poenâ, abierunt in sicco flumina. Cito fecerunt, & oblitum operum. Continuo evanuit fletus, qui præ malitia debebat esse continuus? Lachrymæ perproprie fluminibus conferuntur, siquidem animæ his aquis versu æthera moventur, infelicitate obortâ, si deficit aqua: igitur non navigabunt in cœlum, portum optatum, quando flumina arefuerunt. Navis hæret immobilis in arena, deficiente planctus aqua: nostraque salus dicitur navigatio

in pelago fletus, quia ut moveatur animæ ex abylo criminum, debet esse in sollevamen abundantia lachrymarum. Ita ergo iacebant, qui aliquando plorabant. Cur ergo si largiter oculi uti flumina defuebant in fletum, flumina abierunt in sicco? Dicit Psaltes: *Patres nostri non intellexerunt*. Cognitio cor non suscitavit sopitum, ut intellexeret quantum perfidie peccatum. Erat fletus excitatus à cruciamine, & minime à delicti cognitione. Si ab intellectu esset lachrymatio, in lachrymationem repeteretur origo, fluenterque perennes lachrymæ, cognitio vulneris & crimine: unde & fletus abundantia apparent flumina sicca; quippequam luctus nequaquam ab intellectu, si cessaverunt à luctu. Proprium est criminis reatum cognoscentis, oculos vertere in fontes.

Fluminaque in fontes cursu reditura supino. Equidem fletus continuus, modò exciter intellectus. Vidi in fonte artificiali perennitatem cursus, quippe semel aqua introducta in meatus, à principio, ne daretur vacuum, ducebatur in principium: igitur incipiebat pro perpetuitate in fluxum ingredi, quæ fluens definebat egredi. Non secus lachrymæ intellectus in lachrymarum cursus. Ex capite & oculis fons fabricatur perennis. *Fluminaque ad caput incipient revocare liquores*.

Ut ait Propertius lib. 2. Eleg. 15. vers. 33. Igitur lachrymæ fluarum potentiarum, dum incipiunt, finem habent: principiatæ ab intellectu non habent finem, quippe constar in fine perennitas diro fletu, sicut erat in principio.

14. Magna clades facta in Siceleg ab Amalecitis grassatoribus, deplorata ita à David eiusque militibus, ut afflicti planxerint nimio dolore, *donec deficerent in eis lachrymæ*. Causam adduximus in *Exposit. lit. num. 9*. Fletus, dum initium sumpsit, vel copiosus in effusione deficit. Non lachrymæ adinstar fontis, sed torrentis, qui pondere aquarum eò fugacior, quo rapidior. Magdalene conetrâ accidit, etiam suspiria pectoris in aquam convertit; quia quod aër in ambitu pectoris, erat fletus copiosus in oculis: & ita copiosus, ut stendo non tantum fletet, sed pedes Salvatoris lachrymando rigaret. Ploravit excessivè, quia excessus ploravit, quo suffocavit excessus: verum licet abundanter lachrymas fuderit; solum dicitur, quod cœperit. *Lachrymis cœpit*. Cives Siceleg plorant multitudine, & statim siccantur lachrymæ. Plus plorat Magdalena, & quò plus lachrymatur, planctus est

Pf. 107. 10. Pl. 41. 4.

Anime vita à lachryma.

Genebrard. Refrigerium cordis.

Plalm. 50. 5

Car simili flumini?

Pf. 104. 41.

Pf. 105. 7

Cur peccatores cessant à lachrymis.

Ovid.

Propert.

1. Reg. 30. 4

Luc. 7. 3.

Quomodo stendum peccatum?

est ultra. Qua igitur de causa effusa augentur lachrymæ Magdalene, ac in Siceleg civibus deficient lachrymæ? Magnum elucet discrimen utrarumque lachrymarum, ac consideratione dignissimum. Siceleg cives flebant propter immisam toti civitati poenam, Magdalene propter commissam lachrymatur culpam: & ubi plandus de peccatis; cognitione criminis, cursus lachrymarum principium debet habere, verum cursus sine fine. Ergo instituto. Cives Siceleg voluntas fecit plorare, unde fletus ab amore: *Amara erat anima uniuscuiusque super filijs & filiabus*. Voluntas excitavit in anima amaritudinem plandus: in animam Magdalene intromisit intellectus: *Ut cognovit, lachrymis cœpit*: hæcque minime deficient, dum voluntatis lachrymæ vel in initio siccantur; quippe perennitate fluxus carent sine, quæcunque lachrymæ manant à cogitatione. *Cœpit*, dicitur: nil amplius? Quorsum? Si finem non habet plandus, quem excitat intellectus: in perpetuitatem lachrymarum, sufficit sanè indicare principium.

15. Ratio sub manu. Si fletus non habet, quod propriè motivum fletus; vel abundans in oculis deficit fluxus. Motivum fletus proprium, est peccatum, quo respicimus Deum offensum. Aliter est contritio uti mare, siccat ab oblivione: equidem breviter lachrymæ exhauriuntur ab oculis, quia poena brevis. Poena debet esse ex culpa, & peccatum semper contra: equidem non quibit pessundata Dei considerari maiestas, quin oculus blandè præsumat in lachrymas. Offensam, ex qua iurè abundans plandus, nonnunquam repræsentat intellectus: & Magdalene, ex quo cœpit, cursus lachrymarum abunde perseveravit; quia plandus, quem movit criminis intellectus, semper erat in oculis, sicut fuerat in principio. Si crimina in Magdalena lachrymas excitant abundantes, ita ut oculi fierent fontes; non minora crimina, quibus peccatorum aggravatur anima. Nunquam revocabunt hominem in mentem, ut fletus testetur peccatorum cognitionem? Non recogitabit annos in amaritudine animæ, ut careat amaritudine? Ita peccus faxeam, quòd non moveatur ad lectum? E silice tacto egressæ sunt aquæ largissimæ: ubi ergo pectoris lachrymæ? Si, quia percussus, lachrymatur; acrius cor faxeam à conscientia percutitur. Perferet plandus cognitione delicti, quippe fletu deletur ex delicti cognitione: equando lachrymæ pro peccatis, si oculis cernuntur siccis? *Si post baptismum inquinamus vitam, baptismus in lachrymis conscientiam*: ait Ambros. lib. 10. in cap. 22. *Luc*. Lachrymæ baptismata sunt oculorum, & apertius conscientie; quippe ex illis egrediuntur purificata macula. Collyrium apertissimum animarum, quàm luminem cæcipientium. A culpa cæcitas: ergo ut oculus videat, profuat in lachrymas. *Fons igitur egrediatur, & irriget torrentem spinarum*. Irrigatur torrentis? Uti que. Lachrymæ sunt pro vindicta, pro luxuria, alijsque vitijs, involventibus homines instar torrentis: & huiusmodi torrentis irrigatur à fonte, quippe plorandæ istiuscemodi lachrymæ. Fons irrigat multitudinem spinarum, non ut crescant, sed ut exoleant, & sentiant peccata, dum configitur spina. Fons in torrentem spinarum, ut dolor fugiat acuitate dolorum: quandoquidem crimina non spinæ pungentes, oculi modò convertuntur in fontes. Spinæ nunquam fiuntur sine dolore, quo lachrymæ ab oculis eliciuntur: fonteque torrentis irrigatur spinarum; ut lachrymæ per dolorem compuncti cordis manifestent poenitudinem: equidem colliget, si cursus habuerit fletus, de spinis uvæ, & de tribulis ficus. Cuncta convertuntur, quia lachrymis renovantur; Retorqueatur Seneca in *Thebaid*.

— *Ipse se in leges novas Natura vertit, revergit in fontes citas Revolutas aquas amnis*.

DIDASCALIA IV.

Lachrymæ voluntatis pretiosiores.

1. Vidimus lachrymantem hominis mentem: non ita singulare, quòd fluxus cordis etiam à voluntate deriver fontem. Cœli hominis sunt potentia rationales, terra concussa cor hominis: diciturque à Debora, ubi lex lata: *Terra mota est, cœlique ac nubes distillaverunt aquis*: equidem fractâ lege puncto pectore acri poenitudine, cognoscitur in respicientiam commotio cordis, si potentiarum cœli lachrymantur tanquam nubes.

Sunt lachrymæ testes. Inquit Otho Vanius, *Amor. Emblem. 95*. Igitur nullis vulnus medicabile pharmacis sanatur promptè lachrymarum guttis. Inanes & sine fructu dicuntur lachrymæ pro cadavere effusa.

Lachrymas effuall inanes. Canit Virgilius, 10. *Eneid. vers. 465*. Quæ inanes ad vulnus lethale corporis, va-

Ubi supr. v. 6.

Lachrymæ ex mentis vulnere sine fine.

Ex Dei offensa.

Exod. 17. 6.

Ambros.

Lachrymæ baptismus criminum.

Ioel. 3. 18.

Illarum effusæ.

Seneca.

Iudic. 5. 4. Constat lachrymis commotio cordis.

Oth. Vzn.

Virgil.

Oth. Van. *Disimulas frustra: quis enim celaverit ignem? Lumen ab indicio proditur usque suo.*
 Oidium exprimitur aliquando per lachrymas. Hermione apud Ovid. *Epist. 8. v. 61.* dicit:
 Ovid. *Flere licet: certe flendo diffundimus iram.*
 In voluntate profecto haeret amor, aut odium. Amor ubi fraude allicitur: odium ubi fraus cognoscitur: cognitaque deceptione, fletu fundit voluntariam pluviam; quippe in pluviam convertit amoris flammam. Melius quam Ammon convertit in odium, totum amoris obsequium: *Ita ut maius esset odium, quo oderat eam, amore quo ante dilexerat:* de quo late Tautolog. 12. Nonnunquam ex amore fastidium, ubi in contraria labitur desiderium.
 8. Quis enim pulchritudinam arbitraretur fallacem, & Venerem ipsam mortem? Diximus Tom. 2. Tautolog. 3. Didasc. 9. n. 14. & Tautolog. 7. Didasc. 8. num. 2. insignia sepulchralia vendi in Veneris templo, ut contempseret lasciviam mortis imago: quandoquidem emolumentum ex templo pulchritudinis, non aliud nisi amaritudo mortis. Venacule: *Del templo de la lascivia, que puede sacar el hombre fino una mortaja?* In ampliore gloria iustitiae celestis, Angeli duo aliterunt iuxta homines in vestibus albis. Grac. In *sinatone*. Proh deceptio hominum hallucinatione luminum! Maior ornatus (etiam videatur Angelus commendatione estimabilis pulchritudinis) est alba toga, involucri cadaveris. Facies igitur apparet pulchra, sed mulciminibus peritida, ostendens risum, & eiaculans telum. Vulnerat pectus, quin distinguatur vulnus. Unicum calamitatis solatium, dolorem vulneris relinquere focium: quanvis multi moriantur, quia cognoscant de quo dolcant, nec quid sentiant; quousque in oculis pater lachrymis, quod flagrabat incendium fornace pectoris. *Quia dilexit multum*, Magdalena lachrymari cepit.
 Propert. *Nam sine amore gravi femina nulla dolet:* Saccinii Propertius lib. 3. Eleg. 8. v. 10. Amor communis incipit risu, amor excessivus planctu: ille gaudens, isthic dolens. Plorat Magdalena, & plorat, quia tempus subtraxit, quod diligere debebat: plorareque cepit, dum diligere incipit; quippe incendium in dilectione magnum, ubi amor lachrymatur tempus amissum. Lachrymari cepit. Si amor viva flamma, unde lachrymae eximij amoris insignia? Non patuit in incendio incendium, quoniam dilexit multum: exprimiturque oculorum lachrymis, & non insignibus ignis; quoniam insignis dilectio-

Unde in contrariis convertit

2. Reg. 13. 15.

Pulchritudo femina peritida.

Act. 1. 10.

Luc. 7. 47.

Propert.

Tempus amissum dignum ploratu.

nis clara proprietates, pectoris ignes pro incendio vertere in lachrymas. Lachrymae indices irae, signaque notantur odij: illaque ardens pectore lachrymatur, sicut ab amore decipitur; quoniam praevallet hospitium in folio pectoris, cui debebatur odium dolore cordis.

Ardet & odit.

Ait Iuvenalis *Satyr. 8. v. 96.* Magdalena ardet in fletum, ut in amorem pravum exerceat odium: equidem si lachrymis extinguitur ignis, quo miserè conflagravit Troia pectoris; à quo ignis illusa queritur, abundantia lachrymarum in pectore suffocatur.

Fulgura in pluviam fecit: accinit plorans David. Saepe miramur in pectore hominis, quam in nubibus aëris. Si ex igne fulgor est, & ex coruscis cernimus splendorem; quo intuitu fulgura in pluviam facta, & non in ignem? Quia minime ut crescant flammæ mituntur, sed ut aqua extinguantur. Ignis fovetur in pectore, interventione luxuria. Sopiri profecto congruit, ni cor ardet: & fulgura pœnitudo in pluviam construit; quoniam minime in corde extinguitur flamma, nisi lachrymarum pluvia. Labitur lachryma ab oculis in pectus, ubi ignis lasciviae thronus: & cum fulgura dolor in fletum formet, ignem in lachrymas fecit; ut ignis gliscens intra penetralia viscerum, aqua maris contritionis experiretur naufragium. Ex amore formatur rogos, quo flagrat pectus, sed fursim ascendit fumus: fulguraque ignis convertuntur in pluvias; quippe fumus pectoris urget oculos in lachrymas. Nubes ex fumo formavit vehemens ignis. Nubes liquefiunt in pluviam radijs Solis, decidentibus guttis imbrium, similitudine ac figurâ lachrymarum. Unde vapore à pectore misso, fumo in oculos elato (cum sint soles, quibus illustratur facies) nubes ignis excitantes in pectore flammam, convertæ pro amoris sine usque in lachrymarum pluviam.

Pl. 134. 7.

Iuvenal.

Luxuria ignis extinguitur lachrymis.

10. Ex incendio Phaëthontis fingitur fororum in electra transformatio, & cyni avis novæ nunquam visa pulchritudo. Hic, ut canit Ovid. 2. *Metam. fab. 4.*
Missi memor ignis ab illo
Stagna petis, patulosque lacus: ignemque Ovid. *perofus.*
Qua colat, elegit contraria flumina flammis. Aptè cynus, dum videt flagrasse pectus: equidem vi lachrymarum acquirit candorem. Et videant homines proximos flammis ardere lasciviae, nolant ab igne populare discedere, quasi illasi possent vivere rogis; sed eligit puritatis studiosus con-

Puritas cordis à lachrymis.

con-

contraria flumina flammis: equidem semper ardebit igne concepto, amoris petulca flamma; ni flumine lachrymarum subter mergatur lascivia.

Idem.

Amor turpis suffocatur in illis.

Idem.

Dives lachrymae Magdalena.

Propert.

Claudian.

Quavis à sanguine iunctus. Mente tamen Phaëthon proprio fuit. Mens atique revocatur, dum ille adurit, vindicatur ab igne, dum sapit alieno capite: equidem etiam eiusdem propositi, liberatus à pectoris flamma; quoniam tanti rogi fumo oculos vertit in flumina. Sorores etiam Phaëthontis ambusti vertæ in arbores electri.

Inde fluunt lachrymae, stillatæque Sole rige-
scunt

De ramis electra novis, qua lucidas amnis
Excipit.

Lachrymae signat & flumem, ut notet in pectore amoris profani stragem: igitur si flamma diutius inhaeret, penetralia usque pervasit; non sufficiunt lachrymae ut quiescat pectus, cum necessarius lachrymarum fluxus. Electri lachryma fluit, & amnis excipit. Cur non in terram labitur, sed in aquam? Ut ex anne iterum fluat, dum ab arbore manat: quandoquidem si ab amore incipit fletus, nonnunquam effluit continuus.

11. Dixi *Didasc. præced. à num. 8.* de lachrymis Magdalena: modò occurrit pretiositas lachrymarum. Quæ pridem amore caca, ab alio laucia, intuentis prioris deprecationem, & averfans fraudem, sui pudens, ignis pigens, criminalis pœnitens, fontes oculorum in fletus aperit, quos in refrigerium ignis, in centro cordis meditante claudit. Felicitas est errorem cognoscere, ipsa vel in luce, intelligentia præoccupata ab amore: *Ante pedes caecis lucebat semita novis: Scilicet infano nemo in amore videt.* Sed mutatio profecto dexterae Excecli. Dicam, quod aliò Claudianus de *Bell. Gildon.* vers. 15.
Rumoremque sui praevenit laurea belli. Quo, precor, hac effecta Deo: Robusta, vestisque

Tempore tam parvo potuit dementia vinci? Quam veniens induxit hyems, ver perculit hostem.

Igitur despecta venustate, interno cordis dolore, ratione impellente, uti cerva cuspidem transfadacta sagitta, verum gaudens de felicissimo vulnere; alis pernicibus argenti sollicitudinis, cucurrit ut biberet de fontibus Salvatoris, flammâ extinctâ, & aucta flammâ, in fontes lachrymarum luminibus versis, ut fontibus etiam responderent fontes; etenim hoc fluxit caput amabile guttis, quot floruerat dudum comis.

Fronte patet campus, quem febilis imber inundet,

Hermann. Hag.

Ripa nec, ut fluctus expatiantur, obest. Ut cognovit, lachrymis cepit rigare pedes eius & capillis capitis sui tergebatur, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat.

Luc. 7. 38.

Unguento, de quo suo loco: igitur etiam fragrantia lachrymarum ex alabastro oculorum, fletu pitisco ex corde penitentis, ascendit fumus in odorem suavitatis. Hinc hic, sicut post in eadem domo cogitavit; dum lachrymatur, alabastrum non fregit. Servavit, ut lachrymas in illo reciperet, & unguendo, fragrantiam iteraret: igitur Christo maior suavitatis à pretioso fletu, quam ab unguento pretioso. Hic est planctus: ceterum, ut canit Ethnicus lib. 6. *Metam. fab. 7.*

Marc. 14. 3.

Et fragrantiss.

Grande doloris Ingenium est, miseris que venit solertia rebus. At in quo ingeniosa solertia? In caput vestiebat unda: ut vidimus ex Chrysologo ubi sup. Quare igitur, traduce capite, fletus in pectus revertitur, si in pectore fletus nascitur? Si Petrus illachrymans, guttas non curat, quare hæc colligit, dum plorat? Quo ergo intuitu Magdalena effusas recipere laetitiam, & Petrus fundere tantum luctum?

Ovid.

Chrysolog.

12. Est discrimen magnum inter fletum & fletum. Peccatum Petri ortum ab ignavia: Magdalena ab impudentia. Illud a timore, hoc ab amore: illud Petri à frigore, ab igne verò febris Magdalena, alit serpente in viscera voraci pectoris flammâ: unde in pectus studio refuebat unda; igitur ut extingueretur à lachrymis flamma pectoris, fletus revertebatur copiose in pectus regionem ignis. Vide *num. 17.* Si tantum pressio corde Magdalena ploraret, & unda in originem lachrymarum non resisteret; cor sine iuvamine flammis amoris arderet: undaque fletus refuit, ubi cor incendijs ardet; quippe non valide luxuria extingueret ignem, ni fluxum pectoris revocasset in fontem. Contra incendium cordis Magdalena preparatur reflexis lachrymis suffocato igne à cotide flumine, & rursus incenso ab amore corde. Quomodo igitur factum? *Quoniam dilexit multum.* A voluntate cuncta disposita, & quod in pectus fornacem ignis resisteret unda. Conabatur lachrymans locum occupatum à profano amore, à divino in aeternum possideri: huius flammam sollicitabat incendere; illius flammam satagebat extingueri: in pectusque refuit unda lachrymarum, ut in utroque nanciscatur propositum; equidem lachrymis divinus amor accenditur, atque profanus extinguitur.

Vers. 47.

Pet.

Ibid.

13 Perpende: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit mutuum. Quoniam ploravit; nequaquam: quoniam dilexit. Ignis amoris ostenditur, dum peccata fletu reflexo plorantur, & quod debetur fletui, tribuitur amor; quoniam ignis divinus, quem fletus fovit, ignem profanum quasi flumine extinxit. Incenditur amor celestis perpetuis lachrymis, maxime dum aqua fomes fit ignis: Magdaleneque multa remittuntur peccata, ubi in pectus occupatum ab igne refluxit unda; quoniam ignis celestis flumine lachrymarum operuit multitudinem peccatorum. *Fluvius igneus, rapidusque egrediebatur a facie eius.* Fluvius & igneus. Ignis adinstat fluminis, aqua quoque adinstat ignis: equidem cum profanus federet in throno pectoris; ut illum suffocaret, eduxit tanquam flumina lympham: & ut divinum incenderet, excitavit follicita in oculis fletus flammam. En in ploratu ingenium magnum doloris & amoris: amoris in igne; doloris in flumine: etenim cum aqua extinguet ignem, & ignis celestis ex aqua lachrymarum disponat fomitem; dum imber oculorum turpem amorem extinxit, in pectore flumine celestis ignis exarhit. Lachryma simul indicantur odium & amorem: odium in amorem repulsum, amor in amorem conceptum. Hinc lachryma & voluntaria pluvia, in cordis puritatem segregata, pro tædio criminis & munditia pectoris: quandoquidem voluntas fletus pluvia celestem minime incenderet, nisi prius alienum, ut profanum amorem extinxisset. Pro purificatione apposita ab Antiquis ignis & aqua: unde Ovidius 4. *Fastor. in Palil. vers. 69.* modulatur:

Lachryma fomes celestis ignis.

Dan. 7. 10.

Ubi supr.

Insigni Magdalene purificationis.

Ovid.

2. Mach. 1. 20.

14 Ignis facer tempore captivitatibus a Sacerdotibus oculos, postea a filiis Sacerdotum est inventus. Quomodo ergo patuit ignis requirementibus fovem: si non invenirent ignem, sed aquam crassam? Quia aqua inventa, occurrit flamma, ut homines studeant poenitentiam, sub captivitate peccati. Ignis facer signat gratiam, captivitas culpam, aqua crassa poenitentiam: & gratia transgressione legis amissa, exponitur aqua; quoniam in aqua lachrymarum manante ab oculis, invenitur promptè ignis gratiæ celestis. Tractus docuit. *Nehemias insisit hanc*

vire, & sacrificia quæ imposita erant, aspergi ipsa aqua. Si ignem requirit, quare aquam ad victimam adhibet? Ut demonstret quomodo restituendus est ignis, factio sacrificio cordis sub iugo captivitatibus. Illa aqua fluxerat, quia facer ignis defecerat, cuius conditionem imitatura corda, ut rutillet in illis gratia flamma: siquidem si celestis requiritur ignis, in focum pectoris excitabitur ex lachrymis. Perspicuum ex contextu. *Utque hoc factum est, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur:* Tunc igitur igne de cælo tangitur cordis sacrificium, si prius innatat aqua lachrymarum. Hinc Magdalena, ut Dominum inveniat, plorat: igitur prius invenitur lachryma; quoniam vigiles oculi. Contraria sunt flumina flammis, sed contrarijs patet clementia celestis, ut homines, si peccant igne gratiæ extincto, consulant sibi ipsi fletu: igitur accenditur ignis magnus in ara cordium, aqua mirabili distillantium lachrymarum.

Verf. 27. Redit gratia divina lachrymarum aqua.

Verf. 22.

Ex dolore fletus expellitur dolor.

Verf. 31. 32.

Serari.

Et extinguitur amor turpis.

Et profocatur in bono sui amor.

Nicand.

Ignis Eucharistie in ignem concupiscentie.

Da.

15 Retrat discutiendum. Cum autem consumptum esset sacrificium (dicitur) ex residua aqua *Nehemias insisit lapides perfundi* (Serarius hic *Silices*) quod ut factum est, ex eis flamma accensa est, sed ex lumine quod resulsit ab altari, consumpta est. Si flamma flammâ sopienda, quorsum excitata? Si in silice internus ignis, & in illa alius aqua miraculose excitatur, quidum igne ignis extinguitur? Exponitur huiusmodi cum ritu miraculum, ut coruscet doloris & amoris ingenium. Peccata silices corda hominum formant, & igne interno cupiditatis inescant. Hinc in flammam celestem durities cordis, focus profanæ cupiditatis, grassantur per viscera pestiferâ ardenti flammâ: aquaque lachrymarum (ex quæ ignis facer promittitur) cordi, silici flammantem intrinsecus adhibetur; ut internus & carnalis extingatur, ubi celestis accenditur: etenim fletus incendens cor in divinum, extinguit poenitentium amorem profanum. Ignis turpis, ut ait *Nicander in Thieriac. lib. 2. cap. 25.*

Mersus tamen ardet in undis.

In undis lachrymarum altius notatur prodigium; quippequam divines ardet, dum mersus aquis ignis latens evanescit. Iam ergo apparent fontes, quæ fuerunt silices, alium concipientes ignem, quia gutta cavavit lapidem. Pro Eucharistie Sacramento nota, quod ex lumine ab altari flamma extincta & equidem cum ibi Christus agnus castus, qui suscipientium purificat pectus; in tela ignita lascivie & flammæ concupiscentiæ, pharmacum, & alexipharmacum

Sacramentum Eucharistie: igitur exitium profecto turpitudinis lamen & ignis altaris, & contriti fletus cordis. Ibi excitata ab aqua flamma, ut discant lachrymis flagrare corda, & simul quo ignis extingatur, dum pectus calore aduritur: etenim ne hominis fragilitate valeat, aut prævaleat virtute, datur recursus in Agni casti sacratissimum altare. Hic ignis est aqua crassa fletus ignem elicit in fonte pectoris, ut ingenium clarescat amoris: igitur ingenium singulare; quod ignis ex lachrymarum fonte sopiatur igne. Aliter etiam proposito. Flamma excitata etiam a flamma est extincta. Ex flamma cruciaminis & flamma amoris. Flamma cruciaminis in fletum, quem excitat criminis dolor: flamma dilectionis, quam in Deum offensum excutit amor: flammaque opponitur flammâ, ut homines studeant poenitentia, percepto gratiæ divina solatio, dum corda urit atque comprimit contritio: igitur dolor igne amorem excitavit, & amor excusit igne totum dolorem extinxit.

16 Intellegitur modò illud Psalmographi: *Voluntarie sacrificabo tibi.* Peccavit, peccatum flevit, fecit sacrificium cordis (quippe alij, dicit Deo, *holocaustis non delectaberis*, & tibi sacrificium acceptius spiritus contribulatus) quare igitur dum lachrymarum offert oblationem, connotat in singulari victima voluntatem? Quia necessaria lachryma voluntatis in munditiam cordis. Ignis profanus introivit in cor, ex quo vidit Bethsabeæ. Doluit, flevit, cordis lachrymas contriti sacrificavit: victimaque fletus fletu volentis obtulit, ut ignem extingueret, & ignem excuteret: etenim lachryma voluntatis, utpotè ingenij sublimis, dum ignem celestem excitant, profanum flammis præfocant. Luxuria igne pectus ambusit, & præ dolore flevit: fletu celestem ignem excusit: flammaque flammæ opponitur, ubi fletus voluntarie sacrificat: quoniam removit ignem inferentem dolorem, & amplexus est in planctu portan-tem lucunditatem.

17 Quod enim mirabile erat: in aqua que omnia extinguit, plus ignis valebat: ait Sapiens. Causam naturalem apposui *Tom. 3. Tautolog. 4. num. 35.* Unde Seneca de igne Medæ (quod nos de amore stentis Magdalene) ubi sup. vers. 888.

Alit unda flammam. Iccirò perenne cordis incendium, quia ploravit & dilexit multum: fomes amoris unda, quo gliscebant flamma: igitur ignis semper perseveravit in pectore, non deficiente lachrymarum fomite. Hoc enim mirabile,

Aqua omnia extinguit: & in aqua ignis prævaluit? Utique claruit in lachrymis Magdalene: quandoquidem facer dilectionis ignis turpem ignem suffocabat, & aqua lachrymarum celestem ignem nutrebat. Hæc de causa novæ designantur aqua. *Novis aquis, & grandinibus & pluvijs, & per ignem,* insit. Sanè novum, quod aqua ignem extinguit, foveret incendium. Novis profecto aquis, quas nemo cogitaret præter ingenium amoris: igitur si ignis profanus ingressus, quo pectus utum; usit amorem profanum, aquis novis, singularibus lachrymis: quandoquidem plorans fletus stetit grando in luxuria, pluvia in crimen, ignis denique in dilectum dilectionem. Respondetur iam discernim lachrymarum Petri, & Magdalene proposito *num. 11.* Lachrymæ Petri elicitæ a fonte memoria, *Recordatus est Petrus:* Magdalene verò a voluntatis igne, *Dilexit:* Perusque effusionem lachrymarum non recipit, & Magdalena refumit quia ille ignem tantum sopitum habebat, quem excitaret: hæc autem & unum quem excitaret, & alterum quem opprimeret: equidem cum planctus memoria fit amarus, & voluntatis perpetuus; ut consistat flagrans voluntas, refumit effusus lachrymas: permanere profecto non potest amoris conceptus ignis, modò defecerit lachrymarum fomes. Innotuit preantia, ac scaturigo voluntas; quoniam multum & multum amavit, ex quo ignem sacri amoris lachrymis rigare cepit.

Lachryma fons ignis divini.

Verf. 16.

Miracula lachrymarum Magdalene.

Psal. 53.

2.

Psal. 50. 18.

19.

18 *Dilexit multum.* Quo constat multum? Reflexione lachrymarum, in qua doloris ingenium. Est lachryma sterilis, & fecunda. Sterilis, dum liget terra pectoris, & aqua fletus siccatur herba regionis: equidem exitus aquarum deducunt oculi, verum cessante lachrymâ sunt in siti. Unde 1. de *Invention.* Cicero: *Citò lachryma arefcit.* Est lachryma fecunda, dum a dolore pro fomite amoris effunditur aqua: igitur tunc magis ignis valet, qua extinguitur ignis.

Lachryma sterilis, & fecunda.

Cicero.

Ovid.

Erumpunt iterumque gravant gemitumque sinusque

Effusa gravidis, uberibusque genis. Succinit Ovidius ad *Leviã*, vers. 115. & Hermann. Hugo lib. 1. *Gemit. 8.* *Hos oculis vocem gravidis mihi currere nimbo*

Herm. Hugo.

Et caput hoc, totus fiat ut oceanus. Gravidâ lachryma est, quam non tantum parturit dolor, sed fecundat amor. Ubi ut canit Seneca in *Ocip. vers. 62.*

Lactum in ipso lactus exoritur novus. Fletus fletum sequitur, & lachryma lachryma gignitur. Fit conceptio in corde dolore,

Unde gravidatur lachryma?

Senec.

CCCC

&

& amore faucio, resumptis lachrymis ab oculis in sinu pectoris.

Ovid.

Profudit lachrymis, & aperto pectore fovit. Iusta continuationem fletus crescit dilectionis flamma: iuxta doloris intensiorem ab oculis ex corde excutitur unda, qua ignis pravelet; quippe cor lachrymis aperto pectore fovet: & Magdalena pro dolore plorans non tantum plorat lachrymas, sed fecundas lachrymas, ut ingenium fletus depromat ardens voluntas: equidem ut posset diligere multum, amoris fomitem continuavit fletum. Factum est sacrificium voluntarie, contrito in lachrymas corde, & iuge in visceribus permansit dilectionis incendium, fluxu & refluxu fletus ex ipsa fecunditate lachrymarum.

Cur fecunda Magdalena?

Anima vita lachryma. Habac. 1. 14.

Orat. Manat

Luc. 7. 50. Elevat iacentem peccatorem.

Propert.

19 Mortua ergo iacent criminibus corda. Igitur suscitatur lachryma. Lachryma sunt signa vite infantium; igitur qui caret ploratu, caret spiritu. Aptius signa penitentium: quandoquidem indicant esset ab oculis lachryma vitam restitutam cordi. Iam enim vitalis index virtutis, si facies homines sicut pisces maris. Designatur exemplar in lachrymas, & lachrymarum utilitas. Exemplar fletus penitentium pro peccatis, factio corde mari contritionis. Utilitas pro vita, si plorant, quippe ut pisces aquam extra non respirant. Opem divam designavit Antiquitas in opem infantium plorantium & in tellure iacentium. Vide Chart. in Magna Matre. Altiore intuitu Deus dicitur Deus penitentium: siquidem nunquam opem renuit, sed e terra levavit, extendens manum, dum hominis penitentis intuetur fletum. Multis iacentibus Medicus caelestis dixit, Surge: Magdalene verò eius pedibus provolvata dixit, Vade. Nonne iacebat? Utrique, verum penitens plorabat: & illam non alloquitur inquiring, Surge, sed Vad.: non precipit, quod surgat, sed quod abscedat: igitur ut lachrymarum cepit, iam levaverat. Pura exivie, quae multum amans ploravit, & flammam amoris movit, & ignem peccati extinxit. Retorqueatur Profanus lib. 4. Eleg. 4. v. 45. Palladius extinctos si quis mirabitur ignes, Ignoscant: lachrymis spargitur ara meis.

DIDASCALIA V.

Lachrymae memoriae pretiosissima.

Olone lachrymis gignitur, vel aboletur? Est quaedam

fere voluptas. Signane gaudij pectoris vel meroris? Flere in animi laceratione designatur felicitas.

An habet lachrymas magna voluptas?

Senec.

Inquit Thyestes apud Tragicum, v. 966. Fletus levat arumnas, sibi respondet in Troad. v. 764. Apud in communi lachryma, verum minime in fletu stillato à memoria: igitur nullum habet anima levamen, quae à memoria tota transit in dolorem.

Penaque in imagine tota est.

Ovid.

Iuxta vulnus vehementia pater doloris, & vulnus ex virtute sagittam eiuculantis. Unde cum memoria vaieat viribus, pro vulneribus animae excitantibus fletus; vires iacent ista contrata animae acerba ac dira crudelitate memoriz. Causa sub manum, Voluntas animum percussit, quippe admisit deceptionem; intellectus, quoniam non cognovit falsitatem: acrior memoria in tormentis; igitur ingerit dolorem deceptionis & falsitatis. Intellectus erravit circa falsitatis cognitionem, verum accepit cognitionem lumen. Obnubilavit culpa ac illuminavit respicientia. Voluntas concepit amorem, & peperit iniquitatem; sed in pedus percussum apposuit pro medicamine odium. Prosequatur uti caeca crimen; verum dolore praese tulit averfionem. Nulla medicina memoriae vulneri, nisi pati: equidem si contraria oblivio pro refrigerio; ubi praesens memoria, non est oblivio. Anima gravata crimine patitur ab intellectione malum: per deceptionem voluntatis anisfit bonum; & ex utroque in memoria coalescit maius tormentum: igitur recordatione anima patitur boni privationem, & etiam mali cruciamen. Si materia circa quam memoria versatur, gaudium atque tristitia proponitur; totum tristitia istha rationali potentia: equidem gaudium ex boni possessione penitus fugit, & tristitia ex malo praesente manet. Bonum tunc cognoscitur, dum amittitur; at malum, dum sustinetur: unde cum ex crimine amittatur summum bonum, & adveniat summum malum; memoria torquet animam eculo criminis, oppresione laboris & fugae felicitatis.

Memoriae fletus acrius animae vulneri.

Quare praesentiarum penitentiarum vulneri?

2 Qui ubi pax summa, nimirum in caelo, inquietus, communis hostis tellurem lustravit invidus. Homo, odij cordis scopus, florebat in paradiso felicitate: ille turbulens rumpebatur livore: quare meditabundus, superbia cordis dispersus, soliloquebatur, ut ait Alcimus Avitus lib. 2. Gene. seos, v. 111.

Si nequeo clivos iterum conscendere caelos, His quoque claudentur

Alc. Avit.

Tetendit rete ante oculos pennatorum vafre

frè futela: abscondit tendiculas contra infontem, sed non frustra: quandoquidem Adamus (nescio quo numine Seneca in Herc. Oeteo, v. 682. & 691.)

Senec.

Secum pariter perdidit orbem.

Viri sepe damnant uxorem.

Male pensantur magna ruinas.

Ut circumveniret vel caperet virum, usus est coniuge, vel quia femina, vel quia curiosa, vel quia utrumque: non solus, etsi primus, qui per uxorem à demone captus. Proh nefas! Haecine mundi felicitas? Verum utique, Qui sine uxore est, cogitat quae Domini sunt. Timuit Eva primum fulminatam morem, & ut in illam incideret, diabolus textit, atque texuit fraudem: Nequaquam (ait) morte moriemini: & eritis sicut Dij scientes bonum & malum. Habet serpens mille nocendi artes, in mille modis: igitur dum tot mendacia proposuit, incautam Evam veritate fessellit. Scierunt namque peccatum malum & bonum. Quomodo ergo cognita felicitas, unde humani totius generis miserabilis calamitas? Ex calamitate contracta felicitas claruit amissa. Ex bono resultat gaudij possessio, ex malo patientis maestitudo: & transgredientes divinum latum praecipitum, scierunt bonum & malum; quippe gaudium evanuit, & dolor corde subsedit. Tristitia & gaudium simul nequit haberi, sed potest simul cognosci: & serpens non promisit glomerans fraudem, utriusque coherentiam, sed utriusque cognitionem: unde veritate sedaxit; quos vase altatus fessellit; quoniam scierunt praesens sustinentes malum, quanti erat bonum amissum.

Genes. 3.

Malum cognoscitur praesens, bonum absens.

Thren. 1. 16.

Unde lachrymae memoriae peracutae?

Veit. 11.

Cap. 3. 30.

3 In fabula Pandora notata legis transgressio, & simul amissi boni cognitio, quam videris Tom. 1. Tautolog. 6. à num. 1. Plaudunt gaudia à tergo plorantis: ingruunt mala coram oculis: & torquetur anima vulnerata memoria; quia excutere nequit ab oculis malum praesens, nec consequi quod sequitur à tergo bonum è manibus fugiens. Ego plorans & oculus meus deducens lachrymas. His verbis queritur de tanta calamitate Ieremias: & cum lachrymae cordis minuunt dolorem, poena quam patitur fletu, non invenit similem: imò ne videatur fingere, quia patitur; iudicium alijs relinquatur. O vos omnes (ait) qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor, sicut dolor meus. Dolor gravior, ubi non est subsidium lachrymarum, quae egeritur tormentum: qua ergo lege dolor non invenitur sicut dolor eius, ubi deducens lachrymas plorat oculus? Memoria (respondet) memor ero, & tabescet in me anima mea. Hicne fletus non à dolore, sed à memoria vulneri; ma-

iorque poena dicitur, etiam dum fletus: igitur patitur memor malum ex intellectus errore, atque voluntatis caecitate: & ubi à memoria laesa dolor excitat fletum, lachrymae sunt dolores & non subsidium.

4 Quoniam igitur memoriae tela, ut ita faucietur anima? Malum praesens, bonum absens: & simile ad dolorem nullum invenit tormentum; quia non tantum malum, sed etiam patitur bonum. Recordatur felicitatis, qua Ierusalem sub lege gaudebat: recollit etiam cladem, quam modò propter crimina subibat: unde huius doloris patiens in corde cruciamen, doloris quo recitabatur non excogitavit similem; equidem nullus in acriore gravamine, aequat excessu vulneratae memoriae, animae afflictiae objicienti & molestiam praesentem, & cassam felicitatem. Pende: Memoria memor. Dolore memor, ut constet quantum ex tribulatione dolor: etenim gravis anima poena, dum poena poenae memoria: & pro dolore quo afflictum & affatum lachrymatur, duntaxat memoria exponitur; quippe summus dolor animae memoria amissi gaudij, atque praesentis tristitiae. Patet ex contextu: Memoria (inquit) memor ero, & tabescet in me anima. Iam non dolor, sed memoria urget; ut animam gravissimus dolor fauciet inter summam felicitatem amissam, & summam tribulationem contractam: igitur si aliarum potentiarum vulneribus anima dolet, telo memoriae tabescit.

Summus angor, modò etiam ex bono dolor.

Alijs potentij animae dolet, memoria tabescit.

5 Huiusmodi memoria in pectore peccatoris necessaria, ut ab illo arceantur crimina. Recolere debet malum, ut furgens revertatur ad bonum. Congruit utique contemplari gaudium ex gratia, arumnas ex culpa.

Post ignem aetherea domo Subductum, macies, & nova febrim Terris incubuit cobors; Semotique prius tarda necessitas Letbi corripuit gradum.

Horat.

Caelum amittitur vitij, labores emuntur peccatis, equidem pugnat orbis terrarum contra insensatum, & conscientiae grave stringitur flagellum. Quid si mors occurrat? In perpetuum moriturus cadet. Si vivit legem, post corporis mortem vivet. In hoc gloria, in illo flamma, & utraque aeterna. Mala debet homo considerare, quae crimine trahit, & bona quae infelicitate amittit: nimirum Deum, summum bonum, quo nihil felicitius ultra, ne labatur in tartara, ubi tortus cognoscet, quam amarum reliquit Dominium. A penitentia excitatur poena, verum acrior à memoria: si fletus dolorem

Retinaculis ne homo pereat.